

*Evangel: Lucae 15. cap:*

**A**ccedebant ad eum omnes  
publicani & peccat: &c.

## EXORDIUM

*ἀρχαία.*

**V**enite ad me omnes, &c. Huic pro- Matt: ii.  
missioni satisfacit CHRISTUS in  
hodierno Evangelio: Recipit enim omnes  
peccatores, & publicanos audientes illum,  
eosq; adversus Phariseorum murmur defen-  
dit. Itaq; & nos hac Christi facilitate fre-  
ti, ad eum confugiamus.

## NARRATIO.

**H**odiernum Evangelium insignem  
consolationem proponit, peccato-  
ribus pœnitentiam agentibus. Docet  
enim Christum cujusvis generis peccato-  
res recepisse, eosq; ad pœnitentiam blan-  
dissimis verbis invitasse. Agite igitur  
attentè illud, considerantes dicamus:

- I. *Quomodo Christus peccatores re-  
ceperit.*
- II. *Quomodo Pharisei illi obmurm-  
rârint.*
- III. *Quomodo Christus se defenderit.*

N 5 DE